

- M. Antonius Longus<sup>20</sup> Pull.<sup>21</sup> vet.
- L. Petronius Niger  
vet.
- L. Valerius Clemen.  
vet.
- M. Antonius Ger-  
manus vet.

Imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Aug. Germanicus | pontifex maximus, trib. potest. VIII<sup>10</sup>, imp. XVI<sup>11</sup>, censor perpetuus, | p. p., dicit<sup>12</sup>: Visum est mihi edicto significare<sup>13</sup> universoru[m] | vestrorum vi<sup>14</sup>. Veterani milites omnibus vectigalib. | portitoribus<sup>15</sup> publicis liberati<sup>16</sup> immunes esse deben[t] | ipsi coniuges liberique eorum parentes qui<sup>16a</sup> conubia [eo]rum sument<sup>17</sup>, omni optumo iure c. R. esse possint et om[ni] | immunitate liberati absolutique sint, et omnem i[mmu]nitatem q. s. s. s.<sup>18</sup> parentes liberique eorum idem iuri[s] | idem<sup>19</sup> condicionis sint, utique praedia domus tabern[ae] | invitatos intemni qui veteranos s...onis . . . .

## 2. Scriptura interior.

. . . . v]eteranorum<sup>22</sup> cum uxoribus et liberis s. s.<sup>23</sup> in aere incisi<sup>24</sup> aut si qui caelibes sint, cum is quas postea duxissent | dumtaxat singuli singulas, qui militaverunt Hierosolymnis (*sic*) | in leg. X Frentense, dimissorum (*sic*) honesta missione stipendis eme|ritis per<sup>25</sup> Sex. Hermetidium Campanum legatum Aug. pro praetore<sup>26</sup>, | V k. Ian. Sex. Pompeio Collega, Q. Peducae Priscino cos.<sup>27</sup>; qui militare | coeperunt P. Galerio Trachalo, Ti. Catio<sup>28</sup> et T. Flavio, Cn. Aruleno cos.<sup>29</sup> | Ex permisso<sup>30</sup> M. Iuni Rufi praefecti Aegypti<sup>31</sup> L. Nonio Calpurnio | Torquato Asprename, T. Sextio Magio Laterano cos., k. Iulis, anno | XIII imp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici mense Epip, die VII.<sup>32</sup> |

Ibi M. Valerius M. f. Pol. Quadratus coram ac<sup>33</sup> praesentibus eis | qui signaturi erant testatus est iuratusque dixit per I. o. m. et Genium | sacratissimi imp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici, in militia | sibi L. Valerium Valentem et Valeriam Heraclun<sup>34</sup> et Valeriam | Artemin omnes tres s. s.<sup>35</sup> natos esse eosque in aere incisos civitatem | Romanam consecutos esse beneficio eiusdem<sup>36</sup> optumi principis.

Tabella lignea, utrinque scripta, diptychi pars (tabella posterior, ut puto, cf. infra not. 19), rep. a. 1909 in ruderibus Philadelphiae Arsinoitiae, iam Alexandriae in museo (Lefebvre Bull. de la société d'archéol. d'Alexandrie III 1910 p. 39—52). Tractavit Mispoulet Nouv. Revue hist. de droit 1911 p. 5 seq.; cf. etiam Wilcken Arch. f. Papyrusforsch. V 434 seq., Chrestomathie d. Papyrusk. n. 463. — 1) 2. Iul. 94. Similiter et Romano more et Aegyptio dies indicatur in aliis instrumentis ligneis privati argumenti Latine scriptis, in Aegypto repertis, in cretionibus hereditatis et in testatione professionis liberorum (S. de Ricci Revue historique de droit 1906 p. 479 seq. 483 seq. — Bruns fontes iur. ed. Gradenwitz p. 319. 420). — 2) Alexandreæ. — 3) Sic etiam supra N. 1397. 1576, item in testatione professionis liberorum, de qua not. 1. — 4) Oriundus fortasse ex castris Alexandrinis. Exercitum Iudaicum, ad